

El papa Climent VII (1523-1534) absol de la nota d'infàmia a Pere Torongí i a les seves filles Elionor, Francina i Joana.

transcripció i traducció per FRANCESC RIERA MONTSERRAT

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, venabili fratri episcopo Caserto (?)¹ et dilecto filio archidiacono ecclesiae majoricensis ac officiali majoricensi salutem, et apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt litterae tenore subsequente: Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro Torongí, laico, et dilectis in Xpto. filiabus Leonorae et Francinae et Joannae etiam Torongí, mulieribus majoricensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Sedis Apostolicae copiosa benignitas recurrentium ad eam fidelium qui parentum suorum iniquitate gravantur statuit liberenter consulere, ac eos specialibus favoribus et gratiis prosequi consuevit quos ad id propria virtutum merita multipliciter recomendant sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod licet vos ut catholicos decet xpistianos satis honeste quantum humana sinit fragilitas vixeritis nec ob aliqua demerita inhabilitatis et infamiae notam incurreritis ac de caetero, concedente Deo, etiam honeste vivere et a fide catholica nunquam deviare intendatis tamen quia forsitan inquisitores hereticae pravitate in partibus illis, apostolica auctoritate, deputati quod Guillelrum Torongí, avum vestrum patruum, dum viveret nonnullos haereticos errores incurrisset ac a fide catholica deviasset compertum postquam ab hoc saeculo migravit haereticum et a fide catholica apostatam declararunt illiusque statuam comburi fecerunt, dubitan(te)s vestrorum honoris et famae dispendiis affici ac de super molestari posse tempore presenti pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut vobis statuique vestro in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos, igitur, volentes vos et vestrum singulos apud nos de laudabilibus probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatos horum intuitu favore prosequi gratioso et a quibus sunt excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis quibus quomodo libet innodati estis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serio absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore praesentium omnem inhabilitatis et infamiae maxime notam ex premissis, ac etiam si contingat aliquos progenitores vestros etiam utriusque sexus hereticos et a fide predicta devios vel in heresim relapsos per dictos inquisitores et quoscumque alios iudices declarari quomodo libet pervenientem abolemus ac vos et quemlibet vestrum in pristinum et cum in quo ante erroris et criminis heresis huiusmodi perpetrationem existebatis et avus et alii progenitores predicti ea non commississent existere potuissetis, reducimus, restituimus et plenarie reintegramus, ac tecum, fili Petre, ut quacumque officia publica et privata statui tuo convenientia recipi et assumi illaque gerere et exercere ac si vitam ducere volueritis clericalem ut ad omnes sacros ordines alias tamen rite promoveri ac quacumque se invicem compatiencia beneficia ecclesiastica si tibi alias canonice conferantur aut presenteris vel alias assumaris ad illa et instituaris in eis recipere et retinere, necnon tu, fili Petre, et vos filiae Leonora et Francina ac Joanna quascumque vestes etiam sericeas cuiuscumque coloris ac aurum, argentum, gemmas, torques, et alia jocalia, alias statui vestro respective convenientia deferre equos et mulas equitare ac omnia et singula alia Xpti. fidelibus et fidelium filiis licita facere necnon in bonis paternis et honoribus officiis publicis et privatis, privilegiis, preminentis, prerogativis exempti omnibus libertatibus et aliis honoribus quibus eisdem predecesoribus vestris ex testamento vel ab intestato si absque macula vel nota seu nota huiusmodi fuissent succedere potuissetis, succedere omnibusque aliis quibus alii Xpti. fideles et

¹ En aquell temps era bisbe de Mallorca Rodrigo Sánchez de Mercado (1511-1530) però només hi va residir els primers anys. Tingué dos bisbes auxiliars o d'anell, com deien aleshores; un d'ells va ser Francisco de Treno o de Treno, bisbe croxatense, i a aquest va adreçat el Breu del papa. Jaime VILLANUEVA: *Viage literario a las iglesias de España*, 1852, XXII, 403-404. Supò que el minutant que escrigué el document, o el copista, tingué alguna dificultat a escriure un gentilici tan enrevessat, i per això el va grafiar malament.

fidelium filii utuntur, potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodo libet in futurum uti, potiri et gaudere possitis in omnibus et per omnia perinde ac si avus et alii progenitores predicti errores et crimina huiusmodi minime comisissent nec de his damnati vel de aliquo crimine suspecti fuissent, sed veri et catholici kristiani semper existissent, de specialis dono gratiae dispensamus ac vobis indulgemus, non obstantibus premissis ac constitutis omnibus et ordinationibus apostolicis necnon quarumcumque civitatum et aliorum locorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis et litteris apostolicis eisdem inquisitoribus seu eorum officio per felicis recordationis Sixtum III et Innocentium VIII ac Alexandrum VI, Julium II, et quoscumque alios romanos pontifices etiam predecessores nostros ac nos et Sedem predictam etiam ad Castellae et Legionis regum et reginarum instantiam seu motu proprio et ex certa sciencia ac de apostolica potestate et plenitudine sub quibuscumque formis et verborum expressionibus ac etiam derogatoriis et derogatoriis aliisque fortioribus efficacioribus et in solitis clausulis irritantia decretis et etiam talibusque illis nullatenus aut non nisi sub certis inibi expressis modis et formis derogari possit concessis approbatis aut etiam iteratis vicibus innovatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, abolitionis, reductionis, restitutionis, reintegrationis, dispensationis, indulti et derogationis infringere vel ei aut ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo visessimo sexto, quarto kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quarto. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras predictas ubi quando et quotiens expedieritis ac pro parte Petri et Leonorae ac Francinae et Joannae predictorum aut alicuius eorum fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciatis auctoritate nostra eos abolitione, restitutione, repositione, reintegratione, dispensatione et indulto omnibusque et singulis aliis predictis pacifice gaudere non permittentes eos perdilectos filios modernos et pro tempore existentes dictae pravitatis inquisitores seu quoscumque alios de super quomodo libet indebite molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus omnibus supradictis aut si prefatis inquisitoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisum ab eadem sit sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis dominicis millesimo quingentesimo vigessimo sexto, quarto kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quarto.²

Traducció abreujada

Climent, bisbe, servent dels servents de Déu, al venerable germà bisbe de Castrexo, i al dilecte fill, l'ardiaca i l'oficial de la església mallorquina, salut i benedicció apostòlica. Avui hem promulgat les lletres del següent tenor: Climent, bisbe, servent dels servents de Déu, al dilecte fill Pere Torongí, laic, i a les seves filles, dilectes en Crist, Elionor i Francina i Joana, també Torongí, dones mallorquines, salut i benedicció apostòlica. L'abundosa benignitat de la Seu Apostòlica envers dels fidels que recorren a ella, afeixugats per causa de la iniquitat de llurs pares, acostumà, de bon grat, tenir cura de llur situació i honorar-los amb gràcies i favors especials, als quals, els mèrits propis de llurs virtuts recomanen realment de moltes maneres. Fa poc ens va ser presentada de part vostra una petició que deia que, si bé vosaltres heu viscut, tal com pertoca a cristians, força honestament en quant ho permet la humana fragilitat, i no heu caigut per cap falta en nota

² ACM, c. 45 n° 11. He d'agrair a Ramon Rosselló Vaquer i a mossèn Pere Xamena el seu ajut en la transcripció i traducció del text

d'inhabilitat o d'infàmia etc., i amb l'ajut de Déu, tampoc mai no heu intentat d'apartar-vos de la fe catòlica sinó viure honestament; tot i així, atès que els inquisidors de l'herètica pravatet diputats en aquells llocs amb autoritat apostòlica consideraren que Guillem Torongí, avi vostre patern fou inculpat de què, mentre visqué, potser hauria caigut en alguns errors heretics i s'hauria desviat de la fe catòlica, i després que havia passat d'aquest món el declararen apòstata i feren cremar la seva estatua;³ tement ara vosaltres de ser damnificats per la pèrdua de la vostra fama i honor a més de poder ser inquietats en el temps present, de part vostra va ser humilment suplicat que ens dignàssim vetlar, amb benignitat apostòlica, per a vosaltres i per al vostre estat. Nós, doncs, volent que vosaltres i cadascun dels vostres, que ens heu estat recomanats diverses vegades davant Nós pels vostres lloables mèrits i virtuts, ens proposam afavorint-vos per causa d'aquestes virtuts, i no sols vos absolvem del tot, mitjançant les lletres presents, d'aquelles penes que comporta la sentència d'excomunió, suspensió i interdicte i d'altres sentències eclesiàstiques, censures i penes amb les quals estau lligats *a iure* o *ab homine* en qualsevol ocasió o causa, i de qualsevol altres enutjos que hàgiu hagut de suportar, sinó que també, mogut per les vostres pregàries, pensam que heu de ser absolts en virtut de l'autoritat apostòlica de les presents lletres de tota nota d'inhabilitat i sobretot d'infàmia a causa de les raons que ens han estat presentades; i si de cas alguns altres dels vostres progenitors, d'un o altre sexe, per part dels dits inquisidors o de qualsevol altres jutges haguessin estat declarats heretics, i desviats de la fe catòlica, incurso o relapsses en heretgia, els absolvem; i a vosaltres i qualsevol dels vostres restituïm i reintegram totalment a l'estat primer com abans de la comissió de tal crim d'error i heretgia; i tu, fill Pere, que pugis rebre i assumir qualsevol ofici públic o privat convenient al teu estat, i administrar-lo i exercir-lo, i si volguessis abraçar vida clerical, que puguis ser promogut, d'acord amb els ritus acostumats, a tots els ordes sacres, i si fossis agraciat canònicament amb qualsevol beneficis eclesiàstics o si fossis presentat per obtenir-los o d'altra forma els assumissis o et preparassis per assumir-los, puguis rebre'ls i retenir-los; i també a tu, fill Pere, i a vosaltres, filles Elionor, Francina i Joana, vos sigui lícit usar qualsevol vestits, fins i tot de seda, de qualsevol color, portar a sobre or, plata, pedres precioses, collars i d'altres adornaments que s'adiguin amb la vostra respectiva condició, muntar a cavalls i mules i fer totes i cada una de les coses lícites als fidels de Crist i als fills dels fidels; també que pogueu heretar els béns paternals i els honors d'oficis públics i privats, privilegis, preeminències, prerrogatives, amb totes les llibertats i altres honors amb els quals haguéssiu succeït als vostres mateixos predecessors, bé per testament, bé *ab intestato*, com si haguessin estat sens màcula o nota de aquest gènere i succeir-los en totes les altres coses que usen, posseïxen i gaudeixen els altres fidels cristians i els fills dels fidels en el present i en el futur, i que pogueu també vosaltres tenir i gaudir igualment de totes les coses com si l'avi i els progenitors predits mai no haguessin comès els crims i errors mencionats ni haguessin estat sospitosos o condemnats per aquests o d'altres crims, sinó que sempre haguessin viscut com a veritables i catòlics cristians; per tant, per un do de gràcia especial vos dispensam i concedim, no obstant qualsevol ordinations apostòliques passades o presents o de qualsevol ciutat o lloc, encara que fossin roborades amb jurament i confirmació apostòlica i sancionades per qualsevol fermança, estatuts, costums o privilegis, inclosos els concedits amb lletres apostòliques adreçades als inquisidors, o per qualsevol dels nostres predecessors Sixt III, Innocenci VIII, Alexandre VI i Juli II, de feliç memòria, i per qualsevol altres pontífexs romans, o per Nos (a continuació, el document, en fórmules molt curials, d'un juridicisme complicat, recapitula tot el que ha dit, i afegeix) no és lícit a ningú d'infringir aquest escrit de nostra absolució, abolicció, reducció, restitució, indult i derogació o contrariar-lo amb atreviment temerari. Si algú presumís d'intentar això, sàpiga que incurrirà en la indignació de Déu omnipotent i dels seus sants apòstols Pere i Pau. Concedit a Roma, junt a Sant Pere, en l'any de l'encarnació del Senyor mil cinc-cents vint-i-sis, el dia quart de les kalendes de gener, any quart del nostre pontificat. En conseqüència,

³ Guillem Terongí, llibreter, havia estat relaxat en estàtua per judaïtzant, el 23 d'octubre de 1512. *Reconciliados y relajados (1488-1691)*, 1946, 254.

manam a la vostra discrecció, (aquí el papa s'adreça als destinataris del document: *id est*: al bisbe i a l'ardiaca) mitjançant aquests manaments apostòlics i en la mesura en què vosaltres dos o un de vosaltres, per vosaltres mateixos o per altra o altres persones, quan i sempre que sembli útil, publiqueu solemnement les lletres present, si de part dels predits Pere, Elionor, Francina i Joana o d'algun d'aquests fòssiu requerits, i els heu d'assitir amb protecció eficaç, i heu de fer, amb la nostra autoritat, que aquests fruesquin, pacíficament, de l'abolició, restitució, reposició, reintegració, dispensa i indult per a tots i cadascun d'aquells predits, no permetent que aquests molt estimats fills siguin molestats indegudament pels inquisidors, actuals o futurs, o per qualsevol altres persones; reprimint els contradictors amb censure eclesiàstiques, postposada qualsevol apel·lació, fins i tot si fos necessari invocar l'ajuda del braç secular; no obstant totes les coses supradites, si per part dels ja esmentats inquisidors o per qualsevol altres, en conjunt o per separat, diguessin que havia estat proveït per aquesta Santa Seu que no poden ser castigats amb interdicte, o ser suspesos o excomunicats per lletres apostòliques, això no prevalessi si no presenten una plena, expressa i literal testimoniança de tal indult.⁴ Donat a Roma, junt a Sant Pere, l'any de l'encarnació del Senyor mil cinc-cents vint-i-sis, dia quart de les kalendes de gener, any quart del nostre pontificat.

L'estipendi que pagà Pere Terongí per aquesta absolució varen ser 71 lliures 5 sous.

RESUMEN

Edición y traducción de un documento absolutorio que muestra la compleja casuística vaticana a la hora de eximir de culpa a los descendientes de conversos acusados de judaizantes.

ABSTRACT

The publication and translation of a document of absolution, showing the complex casuistry of the Vatican when absolving the descendants of converted Jews accused of secretly practising Judaism.

⁴ El pensament del papa és que la possible resistència dels inquisidors a obeir el que es mana en el document, al·legant que ells estan exents de tota sentència excomunicatòria, no és vàlida si no mostren la butlla (*de verbo ad verbum*) en què es fonamenta tal presumpció. Sembla que el papa preveu, per part del Sant Ofici, alguna dificultat en l'aplicació d'una gràcia tan completa, i que intenta obviar-la.